



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula facultatis assumen. informationes de veritate miraculorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

preces pro fœlici statu sanctæ Matris Ecclesiæ, ac hæresum extirpatione, & pace inter Principes Christianos effuderint; centum dies de iniunctis eis, seu quomodolibet debitibus pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxamus: præsentibus post dictum diem minimè valitatis; quas in huius rei fidem manu nostra signauimus, sigilloque Archiepiscopali Sancti Ambrosij, ac nostri Cancellarii subscriptione muniri iussimus. Datum.

Quod si indulgentia auctoritate Summi Pontificis delegata concedatur, loco eorum verborum,] Et centum dies de iniunctis eis &c. [dicatur,] decem annos, aut septem &c. de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta, misericorditer in Domino concedimus, auctoritate Apostolica nobis delegata.

Formula euulgandi seu exponendi Indulgentias a Summo Pontifice concessas.

Indulgentia plenaria, e remissione di tutti i peccati alla Chiesa di S.N. nel giorno di S.N.

La Santità di Nostro Signor Papa Clemente Otto, per suo Breue dato in Roma alli . . . del mese N. dell'anno . . . Concede Indulgentia plenaria, e remissione di tutti i peccati a tutti i fedeli Christiani dell'uno e dell'altro sesso, i quali veramente pentiti, confessati, & communicati, visitaranno deuotamente la Chiesa di S.N. dalli primi Vespri sin'al tramontar del Sole del giorno della festa di S.N. profima a venire, che farà alli . . . del mese di N. & iui faranno pie orazioni a Dio, per la pace & unione tra Principi Christiani, extirpatione dell'heresie, e felice statu della Santa Chiesa Catolica. Dall'Arcivescovo &c.

Formula facultatis assumendi informations de veritate miraculorum.

Carolus & cæt. Dilectis nostris in Christo RR.DD. N. & N. salutem in Domino. Cum ad aures nostras de-

uenerit, in loco N. nostræ Mediolanensis Diocesis, ad Imaginem B. V. M. de N. nuncupatæ, a nonnullis diebus citra magnum fieri concursum populi sub eo prætextu, quod aliquot ibi edita fuerint, & in dies edantur miracula; volentes ea qua possumus diligentia & sollicitudine, quemadmodum tum ex sacri Tridentini, tum ex nostris in Concilio Provinciali decretis tenemur, de ipsorum miraculorum veritate inquirere; vobis, de quorum solertia, pietate, & fide plurimum confidimus, committimus & mandamus, ut ad locum superscriptum accedatis, assumpto vobiscum aliquo Notario, omni diligentia & indagine, de præmissis informationes assumatis, & ad nos referatis, ut quid deinceps sentiendum sit, cum Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio deliberare valeamus. Dantes vobis harum serie facultatem, quascunque cuiuscunque gradus & conditionis personas ad perhibendum super præmissis veritatis testimonium omnibus remedij de iure opportunis cogendi, ac interim etiam populi concursum, quatenus vobis expedire videatur, etiam per censuras ecclesiasticas prohibendi, ac reprimendi, aliaque faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. In quorum fidem & cæt.

Formula denunciandi consecrationem Reuerendissimi Archiepiscopi.

Quod Felicis Quarti Pontificis Maximi sanctione decretum est, ut Episcoporum consecrationes quotannis solemniter celebrentur, id in nostra Mediolanensi Ecclesia iampridem vsu receptum est. Die igitur N. mensis N. anni universarium Illustriss. Archiepiscopi consecrationem Deo iuuante celebrabimus, quam & vos maiori quoad eius fieri poterit pietate recolentes, pijs precibus & supplicationibus a Domino impetrare conemini, ut idem Pater & Pastor noster multiplices curæ suæ partes perfette obire & implere valeat.

O - 4 For-